



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non  
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis  
Josephi Clementis Bavariae Ducis junctâ resolutione  
diversarum quæstionum pro firmanda ...**

**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Quarum prima est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38262**

N.3. omnia ità peracta esse instrumentum desuper expeditum  
Latius probat summario. N. 3.

Exquà porrò facti serie, licet evidenter pateat, de Serenissimo Principe Josepho Clemente nullam fuisse celebratam Electionem Communem, per unum ex parte illorum, qui vota sua in ipsum direxerant; Nihilominus cum per errorem ex facti ignorantia procedentem, memoratus Serenissimus Princeps Josephus Clemens novem votis electus esse passim asseratur, & prætersam ejus electionem solenni postulationi Eminentissimi Domini Cardinalis Landgravii de Fürstenberg præferendam esse multi, nec jurium satis gnari, nec de facto debite informati, perperam existiment; idcirco ad hujusmodi juris & facti errorem detegendum, sequentes quæstiones cum suis resolutionibus exhibentur.

### Quarum prima est.

Videlicet.

Quæstio-  
nes ex fa-  
cto re-  
sultantes

I.  
**A**N pro Serenissimo Principe Josepho Clemente, Bavarie Duce extet electio, eaque Canonica, quæ per Sanctissimum veniat confirmanda?

II.

An potius constet de Eminentissimi Domini Cardinalis Landgravii de Fürstenberg postulatione solenni. Eâq; Canonica, à majori & saniori parte Capituli facta, per sanctissimum Dominum nostrum admittenda?

Probatur non extare Electionem pro Serenissimo Principe Josepho Clemente Bavarie Duce.

**P**Ro solidiori resolutione primæ quæstionis præmittitur. Primò, in præsentî casu tractari de Electione vel solem-